

CANARIENSIS

SEMINARII CONCILIARIS

THEOLOGICAE THESES.

*Argumentis pro viribus adveniet D. Victor
Monjuy, Purissimae Conceptionis Seminarij
Alumnus, ei opem ferente D. Joanne Navarro,
Theolog. Dogm. Cathedrae Moderatore die 31.
Julij, Anno Domini M. DCC. LXXXVIII.*



* * * * *
Nacto Permissu: Lacunae Nivariensi: apud
Michaëlem Angelum Bazzanti, Regalis
Societatis Typographum.

CANARIENSIS

SEMINARII CONCILIARIS

THEOLOGICAE THESIS

Inaugurationis pro curia adlocutio D. Victor
Mony, Parisiensis Concipiensis Seminaris
Alumnus, et olim Praeceptoris D. Joannis Nivernis,
Theolog. Dogm. Cathedrae Moderatoris die 11.
Julij. Anno Domini M. DCC. LXXXIII.



Nacio Parisiensi: Lacuna Nivernis: apud
Michaëlem Angellum Bazanti, Regalis
Societatis Typographum.



CONCLUSIONES

THEOLOGICO-DOGMAICAE
DE MISTERIIS SS. TRINITATIS,
INCARNATIONIS, AC EXTREMI JUDICII.

Tres sunt in Deo Personae à se invicem distinctae.

II.

Admittendae sunt in Deo processiones.

III.

Sed Pater à nullo est, nec genitus, nec procedens.

IV.

Idcirco duae solummodo sunt in Deo processiones.

V.

Processio Verbi vera est generatio, non autem processio Spiritus Sancti.

VI.

Spiritus Sanctus non solum à Patre sed etiam à Filio procedit.

VII.

Particula *Filio que* jure, ac merito addita fuit Symbolo Constantinopolitano.

VIII.

In Divinis Personis admittenda est circumin-
cessio.

IX.

IX.

In Divinis existit Personarummissio.

X.

Existunt in Deo relationes.

XI.

Quatuor sunt in Deo relationes.

XII.

Relationes Divinae sunt reales.

XIII.

Verbum autem, Secunda Persona, caro factum est.

XIV.

Itaque jam à multis saeculis Messias advenit.

XV.

In Christo que adimpletum est Jacobi vaticinium.

XVI.

Coeterum Messiam jam indum advenisse ex Danielis prophetia demonstratur.

XVII.

Et Jesum esse verum Messiam ex Danielis prophetia solidissime comprobatur.

XVIII.

Ex Vaticiniis Aggaei, et Malachiae recte deducitur Messiam advenisse.

XIX.

Aggaei, et Malachiae Vaticinia in Christo Domino impleta sunt.

XX.

Verum Incarnatio non fuit absolutè necessaria.

XXI.

Incarnatio non fuit necessaria in hypothesis Creationis Mundi.

XXII.

XXII.

Ex hypothesi lapsus generis humani necessaria non fuit Incarnatio.

XXIII.

Incarnatio non fuit absolutè necessaria, etiam in hypothesi, quã Deus voluerit hominem lapsum reparare.

XXIV.

Attamen solus Christus idoneus fuit, qui pro omnibus pateretur, et pro cunctis apud Patrem intercederet.

XXV.

Quoad Incarnationis causas attinet, fide certum est hanc fuisse Incarnationis finem, ut homo lapsus redimeretur.

XXVI.

Ut vero in quo situm sit Incarnationis Misterium statuamus, unam in Christo Personam propugnamus;

XXVII.

Inde beata Virgo Maria verè est Deipara, sive Dei Mater:

XXVIII.

Duae etiam sunt in Christo naturae, Divina scilicet, et Humana.

XXIX.

Christus que verum, ac solidum corpus habuit:

XXX.

Christi corpus ex beatã Mariã genitum est:

XXXI.

Et nihil hominus beata Maria et antepartum, et in ipso partu Virgo fuit.

XXXII.

Maria quoque post partum Virgo fuit:

XXXIII.

XXXIII.

Christi Corpus doloribus, aliis que communibus naturae humanae infirmitatibus fuit obnoxius;

XXXIV.

Ad haec, Christus animam habuit humanam:

XXXV.

Dupplex in Christo voluntas, et operatio agnoscenda est Divina, et Humana.

XXXVI.

De Incarnationis consecrariis, Christum pro nobis verè, et propiè satisfecisse defendimus.

XXXVII.

Satisfactio Christi compensandae injuriae Deo per peccatum illatae non aequalis tantum fuit, sed etiam superabundans:

XXXVIII.

Christus pro omnibus mortuus est.

XXXIX.

Ob Incarnationem aliqua in Christo idioma- tum communicatio existit, ac in eo est vera idioma- tum communicatio in concreto;

XL.

Non admittenda est in Christo communicatio idiomatum in abstracto.

XLI.

Insuper multis propter Incarnationem titulis Christus est insignitus; est que ipse verus Sacerdos:

XLII.

Christus est Sacerdos secundum ordinem Melchisedec:

XLIII.

Christus fuit perfectus Deum inter, et homi- nes Mediator;

XLIV.

XLIV.

Christus neque ut Deus tantum, neque ut homo duntaxat, sed quatenus homo Deus fuit Mediator.

XLV.

Quam multis donis, et virtutibus, per hypostaticam cum Verbo Divino conjunctionem Christi humanitas fuit exornata; idcirco Christus, ut homo, perfectam Scientiam humanam vel à primo conceptu, et ortu donatus fuit:

In Christo nullum fuit sive originale, sive actuale peccatum.

XLVII.

Humanitas Christi ex sua cum Verbo Divino conjunctione hypostatica habuit ut peccare non posset:

XLVIII.

Non fuit in Christo concupiscentia.

XLIX.

Christi etiam humanitati cultus debetur; et quidem uno, et eodem supremo patriae cultu, quo Verbum Divinum, adoranda est Christi humanitas Verbo hypostatice conjuncta.

L.

Christus tandem à Coelo venturus est judicare vivos, et mortuos.

LI.

Ad cujus adventum omnes resurgent de propriis factis rationem reddituri.

LII.

Atque ad ejus nutum impii in ignem aeternum discedent;

LIII.

Et vivi, seu pii ac boni ibunt in regnum aeternum quod praeparavit Deus iis, qui diligunt illum.

XIIII.

Christus neque in seipsum tantum, neque in ho-

XV.

Quam male dicitur, et videtur, per hunc
tandem esse Verbum Divinum, conjugatum in Christi
humanitas hinc exornata, idcirco Christus, in ho-

XVII.

Humanae Christi ex sua cum Verbo Divino
conjunctione hinc exornata, sicut non potest
Non facit in seipsum, sed in seipsum et in

Christi etiam humanitas, sicut debetur, et qui
dem non, et eodem sacramento hinc cum, quo Ver-
bum Divinum, gloriam est Christi humanitas Ver-
bo hypostaticae conjunctionis, hinc exornata, sicut

Christus tandem a Caelo venturus, est iudicare
vivos, et mortuos.
Ad eius adventum omnes resurgent de propriis

Alque ad eius nutum immi in ignem aeternum
discident.
Et vivi, seu qui ac post hunc in regnum aeter-

num quod preparavit Deus his, qui diligunt illum.